

nisi quod inter *Homiliam XX.* et *XXI.* inserta sit, quam *Mauriani Orationem ad Plebem de Mortalitate* adpellant, et post omnes *Homilias ad col. 1660.* remittunt. Haec in Codice terminatur: *sententia postposita dampnationis parcat*; nec adjunctam habet illam *Litaniarum* dispositionem. Et vero lectio mox adlata praeferenda videtur Maurianae: *a sententia postposita damnationis parcat*, et plures aliae, quae non erant in Editorum Codicibus, occurrunt. Ita v. g. in fine *Hom. XXXI.* non spernendum: *quia tergent citius transeuntes lacrimae maculas, ut ad gaudia mansura peruenire mereantur*, pro: *quia tergent citius transeuntes lacrimas mansura gaudia*; quod Edita habent. Adjecta est in Codice Series quaestionum genealogicarum in Initium Evangelii *Matthaei* inscripta: *Omelia lectionis eiusdem*, et inchoans: *Querendum est quare sic exorsus est evangelium &c.* Verum boni illi Majores ad *Homiliam* fatis esse rebantur, si cuicumque *Traetationi* ad calcem adpenderent: *Qui vivit et regnat &c.* In praesenti excitatur *Beatus Augustinus*.

Nummus in abbatum cameris retinet dominatum.

CCCLXXXVIII.

U. 95 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 110. 4. luculente scriptus, et quibusdam ternionibus rescriptus, raso priore Evangeliorum, ut docent quaedam vestigia, textu, rubricis item distinctus con-

CCCLXXXVII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3088 XII. Folior. 82. f. min. pulcre perscriptus, rubricis distinctus, et olim *Montis Pomerii Ord. Cisterc.* valles ceterum amantis, praemissis Capitum Titulis ita minio insignitur: *Incipit Liber Pastoralis cure beati Gregorii. pp. Urbis Rome.* Opus extans edit. *Maur. T. II. Paris. 1705. col. 1.* et a me saepius jam relatum in fit: *Pastoralis cure me pondera fugere delitescendo uoluisse &c.* Textus sinceritate non adsequitur Edita, quanquam secundis curis adjutus; imo hae curae non semper felices fuerunt. Ita, ubi c. 2. recte legebatur: *dum, qui pigmentorum uim nesciunt, uideri medici carnis erubescunt*, pejus nunc: *dumque pigmentorum uim nesciunt, uideri medici carnis non erubescunt.* Post Operis clausulam, qui pravus mos non paucos Codices foedavit, calamum quis expertus inter alia *αλογα* hunc versum adscripsit:

tinet *S. Gregorii M. Pastorale* absque divisione in Libros, Capitumve numeris decurrens, multatum vero post *fol. 60.* membrana una, post *fol. 78.* altera, et in fine *Codicis* tertia ita, ut desinat in haec *Partis IV.* verba: *legalis thori conubium deserens corruptori* — —

Ini-